Entstehungsort unbestimmt, Wende 12./13. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Esdre

ase aliquid immutari. primum enim ma
gnorum sumptuum est. t infinite diffi
cultatis exemplaria posse habere omia.
De ure t iam qui habuim t hebrei ser
monis ignari sunt magis erabunt
ignorantes quis emulus uerus dicer.
Quod t iam sapientissimo cuidam nu
p. ap grecos accidit. ut interdum sp
ture sensum relinquens. unusq cuiq
inprecis sequeret errorem. Nos aut
qui hebree lingue satis pariam habe
mus scam. t annus ep ut cum ep s mo
tion te est. t te alis magis possimus
iudicare. t ea que ip intelligimus inli
gua sua. exponne. Ita uter exemplari
a sibiler uitioz ep. si non inscitia la cer
nuq meum iuuante xpo silebit eloqu
t iam presa lingua balbutiet. Legant
qui uolunt. qui nolunt abstinant. cuen
tilent apices litas emendare magis
uestra caritate prouocibor adstudiu
q illoz te tractione t odio detebor. Incp

Incap esdre · Slog.

Nabuchodonosor rex babilonis. tulit eum in babilonem. t posuit eum ibi usq in diem mortis sue. t regnauit filius eius pro eo. Et tulit de terra sua in tempore. Et regnauit annos octo. et mortuus est. Et regnauit pro eo iechonias filius eius. Et ipse regnauit in hierusalem tribus mensibus et decem diebus. et fecit malum in conspectu domini. Et post annum misit nabuchodonosor rex babilonis. et adduxit eum babilonem cum uasis preciosis domus domini. et constituit sedechiam regem super iudam et hierusalem. Et sedechias regnauit annos undecim. et fecit malum in conspectu domini. Et non uerebatur a facie hieremie prophete loquentis ex ore domini. Et recessit a nabuchodonosor rege babilonis. qui adiurauerat eum in deo. Et induratus est cervice sua. et obstinato animo. et prevaricatus est legem domini dei israel. Et principes populi et sacerdotes multiplicati sunt prevaricantes et imitantes omnes abominationes gentium. et polluerunt domum domini quam sanctificaverat in hierusalem. Et misit dominus deus patrum eorum per manum angelorum suorum. mane consurgens et mittens. quia parcebat populo suo et habitaculo suo. Et illi subsannabant nuntios dei. et contemnebant sermones eius. et illudebant prophetis eius. donec ascenderet furor domini contra populum suum. et non esset ultra remedium. Et adduxit super eos regem chaldeorum. et occidit iuuenes eorum gladio in domo sanctuarii eorum. et non pepercit iuueni et uirgini. senibus et decrepitis. omnes tradidit in manus eius. Et uniuersa uasa domus dei magna et parua. et thesauros domus domini. et thesauros regis et principum eius. cuncta transtulit in babilonem. Et succenderunt domum dei. et destruxerunt murum hierusalem. et omnes domos eius igne combusserunt. et uniuersa uasa eius in interitum dederunt. Et transtulit in babilonem eos qui fugerant gladium. et fuerunt ei et filiis eius seruientes donec regnaret rex persarum. ut impleretur uerbum domini in ore hieremie. donec placeret terre sabbata sua. cuncta tempora desolationis sue requieuit. donec impleti sunt anni septuaginta. Anno primo cyri regis persarum. ut compleretur uerbum domini ex ore hieremie. suscitauit dominus spm cyri regis persarum. et transduxit uocem in uniuerso regno suo. t insuper scripturam dicens. hec dicit cyrus rex persarum. Omnia regna terre dedit michi dominus deus cli. t ipse precepit michi ut edificarem ei domum in hierusalem que est in iudea. Quis est in uobis de uniuerso populo eius. sit deus illius cum ipso. ascendat in hierusalem que est in iudea. t edificet domum domini dei israel. ipse est deus qui est in hierusalem. t omnes reliqui in cunctis locis ubicumq habitant. adiuuent eum uiri de loco suo argento t auro. t substantia et pecoribus. excepto quod uoluntarie offerunt templo dei. qd est in hierusalem. Et surrexerunt principes patrum de iuda t beniamin. t sacerdotes t leuite. omnisq cuius suscitauit deus spm ut ascenderet. ad edificandum templum domini qd erat in hierusalem. uniuersique qui erant in circuitu adiuuerunt manus eorum in uasis argenteis t aureis. in substantia t in uniuersis t supellectilibus exceptis his que sponte obtulerunt. Rex quoq cyrus. protulit uasa templi domini. que tulerat nabuchodonosor de hierusalem. t posuerat ea in templo dei sui. Protulit aut ea cyrus rex persarum per manum mitridatis filii gazabar. t annumauit ea sasabasar principi iude. Et hec est numerus eorum. fiale auree. xxx. t fiale argentee mille. cultri xxviij. cophi aurei. xxx. cophi argentei secundi. cccc. uasa alia mille. t omnia uasa aurea t argentea. v. milia. cccc. Omnia sasabasar tulit ascendentem cum his qui ascendebant de transmigratione babilonis in hierusalem. Hii sunt autem filii prouincie qui ascendebant de captiuitate eorum quam transtulerat nabuchodonosor rex babilonis in babylonem. t reuersi sunt in hierusalem t iudeam. unusquisq in ciuitatem suam. qui uenerunt cum zorobabel. hiesua. neemias. saraia. reelaia. mardochai. belsan. mespharath. beguai. reum. baana. Numerus uirorum populi israel. Filii pharos duo milia. cclxxij. filii sephetia. ccc.lxxij. filii area. dclxxv. filii iesphe. ccc.lxxij. filii phaethmoab. filiorum iesu. ioab. duo milia. dcccxij. filii elam. mille. cclxiij. filii zetthua. dccccxlv. filii zacchai. dcclx. filii bani. dclxij. filii bebai. dcxxiij. filii azgad. mille. ccxxij. filii adonicam. dclxvi. filii beguai. duo milia. lvi. filii adin. cccc.liij. filii assur. qui erant ezechie. xcviij. filii besai. ccxxiij. filii iora. cxij. filii azom. ccxxiij. filii zetha. xcv. filii bethelem. cxxij. filii nethupha. lvi. filii anathoth. cxxviij. filii azmaueth. xlij. filii cariathiarim